

Universitätsbibliothek Paderborn

**Westphalia Sancta, Beata Et Pia, Sive Vitæ Eorum Qui sua
sanctitate et piis exemplis Westphaliam illustrârunt**

Complectens eorum vitas, qui certò aut verisimiliter Natione Westphali
reperiuntur cum titulo Sancti aut Beati

Strunck, Michael

Neuhusii, 1715

B. Everardus Comes de Altena Religiosus Cisterciensis in Ducatu Montium

urn:nbn:de:hbz:466:1-28481

[b]iam
Per
can-
era-
odò
ltrò
ibi-
per-
ore-
o se
dem
ecti,
edi-
onis
nissi
on-
nefi-
edié
ara-
anei
tuus
or à
cati.
oris,
Fer-
.En-

[d] Ferdinandus Archiepiscopus Colonensis officio Ecclesiastico celebrari curavit anno Christi 1618.

[d] Gelen. in vita S. Engelberti pag. 171.

B. Everardus Comes de Altena, in Marchia Westphalica, ex milite Religiosus Cisterciensis Aldenbergæ in Ducatu Montium.

Refertur cum titulo Beati à Bucelino in Menolog. Benedict. ad diem 20 Martii. Chrys. Henriquez in Menol. Cisterc. Theod. Rhay in anim. illustr. Gelen. in auctar. histor. S. Engelberti pag. 306, & alibi. Agunt etiam de eodem Gaspar Longelinus in Notitia Abbatiar. Ord. Cisterc. de fundat. Veteris Montis. Angelus Manrique in annal. Cisterc. to. 1. ad annum 1129. c. 4. & ad annum 1133. c. 3. n. 7. & ad annum 1141. c. 10. n. 8. Levoldus à Northoffin Chron. Comit. de Marcka, & Altena pag. 11. Meibom. in notis ad Northovium & alii. Vitaejus contexta est ex iisdem & ex Gelen. l. 2. hist. S. Engelberti pag. 151.

Quo tempore Theodoricus Flandriæ & Godefridus barbatus Lovanii Comes feroci bello implicati erant cum Alexandro Episcopo Leodiensi & Walramo Limburgensi Duce, Everardus Comes de Altena cum Adolpho

pho fratre Leodiensium castra se etatus interfuerat atroci prælio , quod [a] sub annum Christi 1129 non modica inimicorum strage feliciter commissum est. Reversus è militia, quanquam suâmet manu nemini vitam abstulisset , tamen cùm in sua tranquillitate tot hominum occisorum lanienam attentiori animo domi secum pervolveret , tantis repentè angoribus stimulîsq; conscientiæ intus agitari cœpit, ut in expiationem flagitii , quo se obstrictum existimabat, noctu clâm suis è castro Altenano fugam caperet , vilîq; indutus amictu perpetuum sibi ab avitis possessionibus exilium imperaret. Prima recedenti peregrinatio fuit ad limina sanctorum Apostolorum Petri & Pauli in urbe Roma ; altera Compostellam ad S. Jacobi ; tertia denique in Gallias ad fanum S. Ægidii, locum eâ tempestate cultu maximo & religione celebrem. Inde relecto per Campaniam itinere ad [b] Morimundum veniens, ut egregiam de se ipso victoriâ & triumphum caneret, [c] in grangia, id est, villa aut prædio quodam ejusdem Monasteri.

[a] luxta Miraum in annal. Belg. & magnum Chronicon Belgicum. [b] Morimundus Abbatia Cisterciensis in Campania Gallia. [c] Ita loquuntur vetera manuscripta.

nasterii multo tempore subulcum egit , no-
bilitatem illustrissimi sanguinis pede genero-
so proterens , nec ulli notus , quām soli Deo.
Latēre hīc quidem aliquamdiu velut in oc-
culto poterat Everardi virtus ; sed non sem-
per. Post tempus aliquod duo Perillustres ex
Equestri Ordine , qui Comitum Altenaēnsiū
clientelares erant , illac peregrinatum ibant
ad S. Ægidii : cūmq; itinerum imprudentes
aliquem ē suis mitterent , qui viam percon-
taretur , ille in Everardum fortuitō incidens ,
partim ex cicatrice vulneris , quod olim in pu-
gna vultui inflictum fuerat , partim ex indiciis
aliis cæpit agnoscere , quid hīc rerum & ho-
minis sub pannoso centone hujus subulci ob-
testum esset. Itaque festino gradu ad suos
revolans anhelâvoce exponit dominis , quid
vidisset ; Everardum diu profugū ibi ad por-
cos considere ; venirent oxyus , & suis oculis
inspiccerent , quām vera sint , quæ narrarent.
Mirari hīc primū equites , & hominem falli
arbitrantes , ejus dicta sannis & multo risu ex-
plodere. Sed quia ille constanter verborum
suorum & rei veritate stabat , tandem accede-
re , linguâ Teutonicâ subulcūm compellare ,
de origine & natali loco multa perquirere ,
tandémq; etiam apertiūs indagare , an non is
ipius

ipsus esset quondam Dominus suus & Comes Altenanus? quid h̄ic Everardus ageret jam se propriū constrictum sentiens? initio quidem, ut hanc suspicionem à se depelleret, quasi Teutonicè loqui nescius verba aliqua proturbare Gallicè: sed cūm neque sic personam suam ultra dissimulare posset, tandem quis esset, quōve animo huc terrarum & officii devenisset, ingenuè confiteri compulsus est. Tum verò ingens lātitia inter omnes. Nobiles illi, velut olim Josephum fratres, Dominum suum agnoscere, è caballis desilire, in collum, in amplexus ruere, intérq; jucunda mutui amoris oscula protrusis fletibus ora humectare. Mox etiam cum eo ad villam pergere, & magistro prædii palam facere, quam hactenus porculatorem pastorēmq; pecorum domi aluisset. Erat tunc dies jam in vesperum inclinata, & incumbentes tenebrae suadebant peregrinis unà cum suo Comite noctem socialem ruri ducere. Interim Præfectus prædii nihil feriandum ratus, per medias noctis umbras citatis cursibus Morimundum advolat; & quid insolentis rei sibi contingit, ad Abbatem refert. Nec mora: primo statim diluculo allapsus Abbas cum Priorre & Cellerario, personatum hunc subulcum blandè

blandè excipit, póstq; sermones varios ultrò
citróque habitos auctor est illi , ut quoniam
spretis semel rebus omnibus Dei solius obse-
quio mentem addixisset, suscepto religionis
habitu vitam Monasticam in Morimundo
complectatur. Acquiescit pio consilio Bea-
tus Comes, præsertim quod literarum scien-
tiâ non modicè tinctus esset ; & vale pere-
grinis hospitibus, ac amicis dicto, statim cum
Abbate ad Morimundum abiit, ibique assum-
ptâ veste sacrâ vitam deinde suam ad S. Ber-
nardi instituta sanctissimè exegit. Post annos
aliquot sive impulsu Numinis , sive suorum
invitatu , obtenta cundi facultate in patriam
profectus est ad Adolphum fratrem : qui ,
cùm illum tenerimo semper amore dilexis-
set, ejus adventu non modò mirificè recrea-
tus est ; sed etiam castrum suum Aldenber-
gense in Ducatu Montium eidem obtulit, ut
illud advocatis è Morimundo religiosis fra-
tribus in Monasterium sui Ordinis commu-
tarer. Læto animo acceptum est ab Everar-
do donum illud : deducta è Morimundo 12
fratrum Colonia anno 1133 , quo tantam solis
eclypsin fuisse memorant, ut pleno die stellæ
in cœlo apparerent : primus Abbas id loci
constitutus venerabilis Berno, ut sonat vetus
carmen :

F

Est

Est Abbas Berno primus de monte vetero.
Monasterium vero, quod in colle primitus
ædificari cœptum 15 Augusti, ab eodem Ber-
none ob majorem aquæ commoditatem in
subjectam vallem proximis annis translatum
est.

Neque hac unâ sui Ordinis propagatione
 contentus erat Everardus. Consanguineos
 habebat in Thuringia Zizonem Comitem
 Keferbergiæ & Gisellam illius Conjugem. Ad
 hos, cum ædificium Aldenbergense potissima
 saltem, ex parte confectum esset, visitatum
 abiit; simûlque post varia vitæ cœlestis mo-
 nita ab iisdem impetravit, ut in ditione sua
 montem S. Georgii, cum omnibus, quæ co-
 dem pertinebant Cisterciensi familiæ domi-
 ciliu[m] darent anno 1141. Novæ ergo è Mo-
 rimundo allatæ suppetix, religiosi in montem
 Sanct-Georgianum inducti; Everardus pri-
 mus loci Abbas unanimi omnium voto ele-
 ctus, atque ab Henrico Archiepiscopo Mo-
 guntino Pontificali benedictione consecra-
 tus. Quot annis deinde religiosam hanc præ-
 fecturam administraverit, incertum est. Ga-
 spar Jongelinus in notitia Abbatiarum Ordi-
 nis Cisterciensis, agens de Monasterio Mon-
 tis Veteris, scribit eum relictâ postmodum

Abba

Abbatis S. Georgii ad Monasterium Alden-
bergense rediisse; ibidem cum Adolpho fra-
tre, qui & ipse relictâ mundi pompâ bonisq;
inter filios distributis habitum Cisterciensem
id temporis amplexus erat, sanctissimè vixi-
se; tandemq; huic sæculo denatum esse an-
no 1152 die 22 mensis Julii, & sepultum in
templo S. Matci, quod adhuc intra portas
Monasterii ejusdem visitur. Menologium
tamen Cisterciense & Ægidius Gelenius ejus
memoriam cum titulo Beati celebrant die 20
Martii, quo [a] ejus & Adolphi fratris exu-
viæ translatæ sunt ad sepulchretum gentiliti-
um, ubi etiamnum sub uno sepulchrali lapi-
de conquiescunt in facello Principum.

[a] Gelen. in fastis Agrippin. ad hanc diem.

B.EVERWORDUS

Fundator Ecclesiæ & Col- legii Perillustriū Domicellarum in Frecken- horst; postea Ordinis S. Benedicti Religiosus.

Refertur cum titulo Beati passim in vita S. Thi-
adildis apud Bollandum in actis SS. ad diem 30 Ja-
nuarii. Vita ejus desumpta est ex ea, quam una
cum notis ac commentario prævio Ioannis Gamal-
sii ibidem recenset Bollandus ex perpetuo codice